

*110. Instrumentum inventarii  
della chiesa di S. Michele*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*110. Instrumentum inventarii  
della chiesa di S. Michele*

1418-02-20

(c. 152v) In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Iesu Christi et individue Trinitatis, beate Marie Virginis et beati Michaelis arcangeli specialis nuntii creatoris sub anno Domini millesimo quatragesimo octavo decimo, regnante inclita domina Ioanna secunda Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie regina, Dalmatie, Croatie, Rame, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quarto feliciter amen et sub presidatu sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providentia pape quinti, noviter <divina inspiratione in constantia electus et divinitus ordinati, cessante in Urbe undique nefario sismata> olim tanto retroacto tempore prefigente et unumquam in cui partibus resilito die vicesimo mensis februarii, undecime indictionis, in civitate Potentie et intus ecclesiam Sancti Michaelis civitatis eiusdem.

1

Nos notarius Ciccus de Inganulo de dicta civitate Potentie, Principatus citra <serras Montorii> et Basilicate ad contractus iudex, Antonius Mordente de Laurino civis civitatis Potentie, puplicus ubique per provincias Terre Laboris et comitatus Molisii, Principatus citra ultraque serras Montorii ac Basilicate reginali autoritate notarius et subscripti testes // (c. 153r) ad hec infrascripta omnia specialiter vocati et rogati, tenore presentis puplici instrumenti inventarii fatemur, notumfacimus et testamur quod nobis qui supra iudice, notario et subscriptis testibus specialiter accersitis et constitutis ad dictam ecclesiam Sancti Michaelis ad postulationem, *Così S per undique in evi partibus (corretto da doc. n. 109), piuttosto che unumquam in cui*

preces et instantiam clericorum, archipresbiteri et piostrorum <sic> et diaconorum dicte ecclesie et collegii ipsius congregatorum ibidem in unum ad sonum campanelle et illorum nemine discrepante, quorum nomina et cognomina infra serius et particulariter ascribuntur, videlicet: archipresbiter Iulianus Fariolus, donnus Antonius de Tito, donnus Leonardus de Occhibili, donnus Nicolaus de Porta pioster <sic>, donnus Nicolaus de Ricillano, donnus Antonius de Venusio, donnus Nicolaus de Martino, donnus Antonellus de Zaula de Padula, donnus Angelus Zappa, donnus Ioan(n)uans de Quatuor Oculis, donnus Leonardus de Tito, donnus Calvans de Alma pioster <sic> et donnus Angelus Porcarius, diaconus Loysius Porcarius, diaconus Nicolaus de Germine, subdiaconus Nicolaus de Sacconetto, subdiaconus Bartholomeus de Paracampo, subdiaconus Angelus de Mazarella et subdiaconus Angelus Grossus, ipsi quidem archipresbiter, clerici et priostri qui supra asseruerunt pariter coram nobis et cum instantia comuniter postulaverunt de bonis omnibus stabilibus atque terris et ortis dicte ecclesie Santi Michaelis sistentibus tam intus dictam civitatem quam ubique et in eius territorio et pertinentiis, pro comodo dicte ecclesie velle puplicum inventarium facere et pariter celebrare iuxta seriem et tenorem cuiusdam mandati eis facti per fratrem A<ndream> de Berlangerio de Neapoli, postulatum Potentinum et procuratorem ibidem de reginali mandato prout iura canonica // (c. 153v) exigunt et requirunt; quod mandatum vidimus, legimus et inspeximus diligenter et erat tenoris et continentie subsequenter: (si veda doc. n. 108). Quo quidem mandato recepto, debita reverentia per archipresbiterum et clericos supradictos et illius

sagaciter per ipsos intellecto tenore, pro statu bono // (c. 154r) ecclesie supradicte et inlesione ipsius, clerici ipsi et archipresbiter qui supra volentes in hac parte, ut tenentur, conditionem et statum dicte ecclesie Sancti Michaelis arcangeli facere meliorem in hac parte pariter et indempnem, ut bona ipsa pro aliquo presenti et futuro tempore ex mala provisione clericorum prenominatorum presentium et pariter futurorum sub spiritu alicuius ambitionis, cupiditatis et avaritie, pro aliquo tempore colore doli, malignitatis et fraudis in damnum et preiudicium dicte ecclesie quomodolibet vendiderunt et nullum ipsi ecclesie comodum resultaret et ipsa ecclesia forte remaneret decepta in preiudicium animarum illorum clericorum et aliorum qui permetterent super dictis bonis iniquam et reprobam lesionem et ut nulla in dictis bonis in presenti publico inventario ascribendis pariter et ascriptis posset interesse falsitas, dolus et questio aliqualis unde valerent bona et res dicte ecclesie aliququaliter deperiri, diminui, subtrahi vel fraudari et pro nullo tempore super illis fraudulose et maliciose per nullos homines et personas dicte civitatis vel aliquis undecumque succedat altercatio vel questio aliqualis et ut cessent iurgia, lites fugiant et discidia procul cedant, actores iurium promissa remedia libenter aponuntur et que tenebrosis // (c. 154v) effugatis ambagibus precuntas fovenda cla(r)itas procurata constant et oportuna dispositione laborant, inter certam siquidem ex divina gratia, humana vero exquisitione conperta, rerum et bonorum stabilium ecclesiarum potissime quarum, summa cura, bonorum clericorum mortalium, sunt descriptionis precipuis laudibus extollende noscuntur, que reddentes singulis quod est suum, fructuum iusticie pariunt omni tempore valiturus o <sic> favenda claritatis

mira promissio que ad materias litium supputandas <sic> quod in eiusque patrimonio et dominio constat esse designas pacem nutris caritatem fovens et iusticiam et virtutum reginam dirigens et extirpans inimica versucias et quorumcumque deliram(en)ta confundis. Horum igitur considerationis intuitu et innate virtutis instinctu venerabilium virorum predictorum archipresbiteri et subscriptorum prenominatorum omnium clericorum ecclesie memorate et de dicto speciali mandato infra et serius posito et ascripto in prefata ecclesia Sancti Michaelis, diligentissima informatione prehabita de bonis stabilibus et iuribus suis eiusdem ecclesie // (c. 155r) prout oportunitas exigit, coram qui supra iudice, notario et testibus presens inventarium puplicum facientibus, vocatis et requisitis solemniter et legitime tam universitate quam hominibus singulis et personis dicte civitatis Potentie ac in ea de ipsorum hominum requisitione et prenominatorum clericorum obtenta licentia, ordinatione et mandato Antonii Zappe magistri iurati civitatis eiusdem, ut iura permictunt, per oportuna loca et in platea publica illius voce preconia plupicem sepius divulgata ad vocem preconis ita quam venit ad notitiam singulorum, qui siquis vel siqua exinde sua interesse putaverint conperareat coram eis in loco predicto vel in dicta ecclesia infra infra <sic> decemnum <diem> post subastacionem eamdem audituri descriptionem eamdem et predicti inventarii publici plublicationem <sic> et declarationem et allegationem siquid in contrarium voluerint allegare, dicere et opponere contra dicta bona ecclesiastice // (c. 155v) in dicto inventario publico posita legitime et ponenda predictoque de ipsorum clericorum ordinatione et mandato oretenus facto per virum nobilem Paulum de

Angelo de Neapoli regalem capitaneum dicte civitatis Potentie tam in requisitione prefata et banni et dicti banni emissione, ut predicatur, publice subbastatam ac facta, ut predicatur, ad vocem preconis quam in divulgatione ipsa per totum predistintum decemnium nominatum [et] distratum in banno ipso emisso et divulgato non comparuerunt vel comparuerit coram eisdem clericis et predicto postulato qui supra Potentino vel vicario sui parte ordinato et allegaverint siquid in contrarium iuris aut facti preponerent, dicere vel allegare voluerint contra inventarium publicum supradictorum bonorum omnium ecclesie stabilium prelibate, preclusa eis ad hec via et de mandato prenominato capitaneo elapsso <sic> ipso decemnio <sic> et termino; nullatenus in eorum iuribus audientur clerici ipsi prenominati superius // (c. 156r) et specificce annotati ecclesie supradicte et de bonis omnibus stabilibus, terris, domibus, ortis, casalenis, ortalibus atque vineis sistentibus in tenimento dicte civitatis et intus eamdem [ac] quibuscumque aliis stabilibus coram nobis iudice, notario publico et testibus subscriptis inventarium ipsum publicum facere diligenter ac fideliter procurarunt prout de ipsorum bonorum stabilium <sic> ipsius ecclesie cum eorum locis et confinibus qualitas et essencia ac confinitas illorum infrascripta infram particulariter scribitur et notatur. Et primo ecclesia ipsa Sancti Michaelis arcangeli seu clerici et dicionarii supra notati coram nobis predictis iudice, notario et testibus subscriptis prius per eos prefat[os] corporali ad sancta Dei evangelia iuramento et sine cavillatione et fraude et preiudicio alieno dixerunt habere, tenere et nomine dicte ecclesie possidere in dicta civitate Potentie <et> eius territorio domos, casilia, ortos et terras laboratorias // (c. 156v) ac culta et

incultas infrascriptas videlicet: domum unam que fuit quondam Trachede in parrochia dicte ecclesie Sancti Michaelis iuxta p(rim)o quintanam, a secunda et tercia parte iuxta casilia dicte ecclesie Sancti Michaelis et alios confines; domum que fuit condam domine Capterine <sic> in eadem parrochia cuius fines sunt ii <sic>: ab una parte iuxta quintanam vicinalem, ab alia parte iuxta spolatam comunem cum Riccardo de Cominello et ab alia parte iuxta quintanellam pluvialem; domum que fuit condam Paganetti in eadem parrochia iuxta <sic> rugam publicam, ab alia parte iuxta <sic> quintanellam pluvialem c[u]m Donato Caffardo et muro comuni cum Antonio Zappa et quintanam vicinalem publicam; domum que fuit quondam Adelicie in eadem parrochia a duabus partibus iuxta <sic> murem <sic> comunem cum domo quem tenet domnus Antonius de Tito, // (c. 157r) ab alia parte iuxta quintanam vicinalem et a quarta parte iuxta casile quod tenet Iacobus de Zallo; domum que fuit quondam domne Montane in eadem parrochia iuxta rugam publicam, a secunda parte iuxta quintanellam pluvialem cum Bona Volla; domum que fuit condam Plantedose cum putheo uno, intus murum in eadem parrochia, iuxta rugam publicam, ab alia parte iuxta quintanellam pluvialem cum domno Antonio de Venusio, ab alia parte iuxta quintanellam pluvialem cum domno Nicolao de Porta et muro mediante cum notario Nicolao Cortesto; domum que fuit quondam archipresbiteri Nicolai in eadem parrochia iuxta rugam publicam, ab alia parte iuxta quintanam vicinalem cum notario Nicolao predicto, iuxta viam publicam et ab alia parte iuxta murum comunem cum // (c. 157v) Leonardo de Mirabile; item domum que fuit condam Angeli Scarlate, sitam et positam in predicta parrochia



dicte ecclesie iuxta quintanam vicinalem, ab alia parte iuxta pluialem cum porti[s] duabus mediante muro cum magistro Antonello Barbento, ab alia parte iuxta murum comunem cum muro civitatis Potentie; item ecclesia ipsa habet redditum annualem domus que est Petruam <sic> de Catherina tarenorum duorum cum dimidio; item redditum annualem domus que est Petruam <sic> Petruamm de Iorraca tarenorum duorum; item redditum annualem domus que est Nicolai de Oppido tarenorum quinque; item ecclesia ipsa habet casile unum quod fuit condam Tranchedi situm et positum iuxta domum que fuit ipsius Trachedi; item casilia que fuerunt quondam Iachini in parrochia dicte ecclesie iuxta quintanam pluvialem se[u] publicam mediante muro domus Zanzi de Casella, // (c. 158r) ab alia parte iuxta quintanam pluialem cum Comino Colucio de Alma et ab alia parte pedanto <sic> comune cum ecclesia supradicta, casalia duo iuxta portam Cannonicam cuius fines sunt isti: ab una parte iuxta quintanam pluialem cum Antonio de Caputo et Sadune <sic> muliere et alios confines; casile unum iuxta cimiterium dicte ecclesie mediante muro cum Nicolao de Avilumo et muro mediante cum Rogerio de Prudentie; item domum unam magnam cum vinea quas tenet Iacobus de Aliduca, que fuerunt quondam archipresbiteri Angeli de Diano legatas per ipsum archipresbiterum Martino de Petragalla nepoti suo et quod post mortem ipsius Martini revertant et reverti debeant ipse domus et vinea ad ecclesiam Sancti Michaelis predictam, pro quibus domo et vinea ipse Iacobus tenetur solvere ipsi ecclesie annuatim tarenos quatuor // (c. 158v) cum dimidio; item vineam que fuit condam domni Leonis de Ogerio in contrata Sancti Iacobi, iuxta vineam domni Antonii de Genusio mediante

sulco comuni ab inferiori parte, iuxta vineam Sancti Lazari sulco comuni et ab alia parte et a superiori parte sepe mediante cum Sancto Girardo et Sancto Iacobo; item vineam unam in contrata Merdaroli domni Antonii de Padula qua reddet dicte ecclesie annuatim tarenos duos cum dimidio; casile unum quod fuit Martine de Laurenuana in parrochia dicte ecclesie Sancti Michaelis, cuius fines sunt: mediante casile cum Nicolao de Biresa, ab alia parte mediante casile cum Iohanne Porcario, ab alia parte iuxta quintanam vicinalem omni Termino Vasallo et ab alia parte mediante muro comuni civitatis Potentie; item peciam unam terre in contrata // (c. 159r) Cuponis delo Bandito quam dedit Nicolaus Gamberius ipsi ecclesie pro restitutione census seu redditus unius domus ecclesie quam tenebat ipse Nicolaus ab ipsa ecclesia, hiis finibus limitata: a primo latere iuxta terras quas tenet dicta ecclesia Sancti Michaelis, a superiori parte iuxta terras Sancti Laurencii et ab alia parte tenet similiter ecclesia Sancti Michaelis predicta; item pecciam unam terre in contrata Banditi que fuit ca(m)bita pro mada que est in contrata Vallis notarii Nicolai Cortesii cuius fines sunt hii, videlicet: a primo tenet ecclesia ipsa Sancti Michaeli[s], ab alia parte tenet Antonius Zappa, ab alia parte tenet Sancta Maria de Bandito et ab alia parte sunt terre demanii; item peciam unam terre in contrata Piscarie, que sunt quondam domne Charubine: // (c. 159v) a primo latere iuxta terras Sancti Michaelis, a secunda parte iuxta terras Nicolai de Opido et alios confines; item pecciam unam terre que fuit Andree Pisitelle in contrata Ursulee, cuius fines sunt limites comunes cum terris domni Nicolai Martini, quas tenet in beneficio, ab alia parte iuxta terras ecclesie Sancti Lazari limite comuni et alios

confines; item peciam unam terre que fuit quondam Thomasii Naccarusii in contrata Vallis de Ianne Piczo, ab uno latere tenet ecclesia Sancti Michaelis et ab alia parte iuxta vineam que est Miserini et alios confines; item pecciam unam terre in contrata Flomarie, que fuit quondam Marci Salvagii, cuius fines a prima, secunda et tertia parte iuxta terras quas tenet prenomatus domnus Nicolaus Martinus de beneficio et à superiori parte limite // (c.160r) comuni cum terris Cecce magistri Grabiellis Strambi et alios confines; pecciam unam terre cum fontane <sic> que fuit Antonii et Girardi Molico, in contrata Robozoni, cuius fines: a primo latere tenet Iohanna de Madio limite comoni, a secunda parte tenet similiter tenet Iohanna predicta et via publica, a superiori parte tenet notarius Nicolaus Cortesius et ab inferiori parte tenet iudex Meulus de Sacco, capacitatis in semine thumulorum quatuor; item peccium unum terre pro indivise <sic> cum ecclesie <sic> Sancte Anne de Zito que fuit condam Antonii Mellice, cuius fines sic scribuntur: a primo latere tenet Feo Laverio de Tito, a superiori et inferiori parte tenet Meulus iudex predictus; item peccium unum terre in contrata que dicitur lo Cacuczo, cuius fines sunt terre Sancti Girardi, ab alia parte iuxta viam // (c. 160v) publicam cum Colecta de Coruerra et a superiori parte quintana et via publica et alios confines; vineale unum quod fuit condam Marchi Salvagi in contrata Cicinelli, cuius fines sunt hii, videlicet: a prima et a secunda parte tenet Maffeus de Patu Campo, a tertia parte tenet domnus Nicolaus de Porta et alios confines; item terras ques fuerunt condam domni Nicolai Taralli et diaconi Nicolai de Ingannulo, que sunt in contrata de Salvibus, iuxta terras que fuerunt condam Cicii Millarani et nunc sunt magistri Angeli Millarani,

iuxta terras ecclesie Trinitatis limitibus comunis, ab alia parte iuxta terras, a duabus partibus, que sunt Francisci Stampe limite comuni mediante, iuxta condam Collucii dela Coda <sic> mediante limite alto et magno su(m)ptus; quintum limitem est quedam fons surgibilis priloce <sic> aque ad irrigandum et aquandum linum qui est dicte ecclesie Sancti Michaelis; item pecciam unam // (c. 161r) alterius terre que fuit quondam Bertoni Taralli in contrata delli Arcari, iuxta terram sancti Laurentii que est pro indiviso cum prenotato Francisco Stampa, vallone mediante a superiori parte, iuxta terras que fuerunt condam Antonii de Balba mediante cursu aque de [...] derivatur ad valonem de Archariis, iuxta terras sancte Trinitatis mediante limite quasi destructo, iuxta terras que fuerunt quondam Collucii de Cauda mediante desuper limite comoni; item peciam unam terre que est in contrata Marcle <sic> de Rayneri et vallonis cuius fines sunt hii: a primo latere tenet quondam iudex Meulus, a secundo latere est predictus vallonus et si qui alii sunt confines, que quidem terra est capacitatis in semine thumulorum XVI et est in parte bona et optima terra lini; item // (c. 161v) peciam aliam terre que est in contrata de Malamollere, cuius fines sunt hii: a primo latere est vallonus de Malamollere et a secunda et tertia parte tenet prenomiatus iudex Meulus et siqui alii sunt confines, que est capacitatis in semine tumbulorum duorum cum dimidio; item peciam aliam terre que est in eadem contrata cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet prenomiatus iudex Meulus, a secundo latere est via que est intus Matinam de Tito et a tertia parte tenet abbas Raynaldus de Ap(re)ao et a quarta parte est vallonus de Sambocheta et siqui alii sunt confines, que quidem terra est capacitatis in semine salmarum

decem et in parte est bona ad seminandum linum; item peciam aliam terre que est in contrata Sambochete extra vallonem dicte Matine de Tito, cuius fines sunt hii: a prima, secunda, tertia et quarta parte tenet prenominate abbas Raynaldus, // (c. 162r) siqui alii sunt confines, capacitatis in semine tumhulorum octo; item pecciam aliam terre que est in contrata Scarroni Grisoni, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet ecclesia Sancte Sophie de Tito, a secundo latere tenet Manfredus de Lampensuli <sic>, à tertia parte tenet Iohannettus Grecus de Tito et siqui alii sunt confines, que terra est capacitatis in semine tumulorum decem; item pecium alium terre que est in contrata vallonis Sancti Ianuarii, cuius fines sunt hii: a primo latere est predictus vallonus, a secundo latere tenet iudex Meulus, a tertia parte tenet condam Girardus Cortesius et a quarta parte tenet Guillemus de Bellocta et omnes isti sunt in confinibus, limites comunes et alii sunt confines, que quidem terra est in capacitatis semine tumulorum quindecim, cuius terre valet aliqua pars ad serendum linum vel seminandum; item terram aliam que est contrata Scarroni // (c. 162v) Grifoni, cuius fines sunt hii: a secunda, prima, tertia et quarta parte tenet pretitulatus iudex Meulus de Sacco limite comoni, cum limitibus comunibus et aliis confinibus et <sic> dicitur Marica; item pecciam alia terre que est in contrata vallonis Pocesangius <sic><sic>, cuius fines sunt hii: a prima, secunda et tertia parte tenet quondam iudex Meulus de Sacco limite circumdante et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum octo; item pecciam aliam terre que est in contrata Mala Mollere ubi dicitur Pratum Sancti Michaelis, cuius fines sunt hii: a primo latere est vallonus predictus, a secundo latere tenet prefatus iudex Meulus, a tertia parte tenet Iachino

de Ricardino limite comonim et siqui alii sunt confines, que est capacitatis in semine thumulorum decem; peciam aliam terre que est in contrata ubi dicitur Vallonus de Sorbo, // (c. 163r) cuius fines sunt hii: a prima, secunda, tertia et quarta parte tenet iudex Meulus predictus limite comoni et similiter a dicta quarta parte tenet condam Adenolfus de Stampis et siqui alii sunt confines, que est in capacitatis semine thumulorum duorum; item peciam aliam terre que est inter vallonem de Sorbo et vallonem de Lupo, cuius fines sunt hii, videlicet: a duabus lateribus sunt predicti valloni et a tertia parte tenet prenomatus iudex Meulus et siqui alii sunt confines et a quarta parte tenent ecclesia Sancti Demetrii et condam Girardus Cortesius, que est capacitatis in semine thumulorum viginti; item pecciam aliam terre que est in contrata Mondanelli, cuius fines sunt hii: a prima, secunda, tertia et quarta parte tenet predictus iudex Meulus // (c. 163v) limite comoni et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum sex; item peciam aliam terre que est in contrata Macle Girardi Cortesii cum costa, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet predictus Girardus Cortesius, a secundo latere tenet iudex Meulus affatus limite comonim et alii sunt confines; peciam aliam terre que est in Campo Sarraceno iuxta ab uno latere tenet condam Gipans Millarmus <sic>, a secundo latere tenet condam Antonius de Balba, a tertia parte iuxta viam publicam limite comoni et sique sunt alii confines, qua terra est capacitatis in semine thumulorum decem; item peciam aliam terre que est in Campo Sarraceno, cuius fines sunt hii: a prima, secunda et tertia parte tenet ecclesia Sancte Trinitatis limite comoni et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum duodecim; item peciam aliam terre que est in contrata

Farnete // (c. 164r) cuius fines sunt hii: a primo latere est vinea Andree Iohannis Rubei; a secundo latere tenet ecclesia Sancte Trinitatis, a tertia parte tenet ecclesia Sancti Honufrii et dicta ecclesia Sancti Michaelis limite comuni et siqui alii sunt confines, que est capacitatis in semine thumulorum decem; item peciam aliam terre que est in contrata Farnete cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet eandem <sic> ecclesia, a secundo latere tenet alia ecclesia Sancti Honufrii, a tertia parte est vallonus Gallitelli et a quarta parte tenet heres Iacobi Gallitelli et ab alia parte iuxta vineam Bartholomei de Atella limite comoni et siqui alii sunt confines, qua terra est capacitatis in semine thumulorum duodecim; item macclam unam que est in contrata Cicinelli, cuius fines sunt hii: a primo tenet condam m(agist)ri Tadeus de Amelino, a secundo latere tenet Geriaconus de Casella, a tertia // (c. 164v) parte est via publica et alii sunt confines; item mancam unam cum quercibus et aliis arboribus fructiferis et infructiferis, cum terra laborandi <sic> circumdata a duabus partibus cum limite comuni et finibus infrascriptis: ab una parte tenet supernominatus quondam Rogerius Gambonus, a secunda parte tenet Iohannes de Officza et Sanctus Honufrius, a tertia parte est via publica, a quarta parte tenet dicta ecclesia Sancti Michaelis et magister Grabidu[....]is et alii sunt confines, in qua quidem manca sunt terre laborande capacitatis in semine thomulorum novem; vineale unum quod est in contrata de Cicinellis cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet dicta ecclesia, a secundo latere tenet predictus Gabriel Strambus, a tertia parte tenet Antonius dicto Pregipczo, circumdatum limite comuni et alii sunt confines; item vineale aliud quod est in eadem contrata de Cicinellis, cuius // (c. 165r) fines sunt hii:

a primo latere tenet Iohannes de Officz, a secundo latere tenet prenomiatus iudex Meulus limite comuni, alii sunt confines, capacitatis in semine thumuli unius; item peciam aliam terrarum que est in contrata Banditi ubi dicitur Palm(en)ti Sancte Marie de Bannito, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet dicta ecclesia Sancte Marie, a secunda et tercia parte tenet Rogerius Gambonus, a quarta parte est via publica inter dictum iudicem Meulum et dictam terram et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum sex; item peciam aliam terre que est in Bandito, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet Sancta Maria de Bandito, a secundo latere tenet condam abbas Angelus de Madio, a tercia parte tenet condam domna Charubina limite comuni, capacitatis in semine // (c. 165v) thumulorum octo; item peciam aliam terre laboratorie que est in contrata Vallonis delo Laco, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet ecclesia Sancte Marie de Bandito, a secundo latere tenet Nicolaus de Oppido, a tercia parte est predictus vallonus et siqui alii sunt confines et comuni limite circumdatam, capacitatis in semine thumulorum sex; item pecciam unam terre que est in contrata de Lavanchis de Andriuccio, cuius fines sunt hii: a primo latere, secundo, tercio, quarto tenet prenomiatus Rogerius Gambonus circumdatam limite comuni, capacitatis in semine thumulorum quatuor; item peciam aliam terre que est in contrata Delomanie, iuxta molendinum Sancti Laczari, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet dicta ecclesia Sancti Laczari, a secundo latere tenet ecclesia // (c. 166r) Sancti Girardi, a tercia parte est flomaria, terra laboratoria capacitatis in semine thumulorum trium; item peciam aliam terre que est in contrata Ursuloi, cuius fines sunt hii: a primo latere



tenet ecclesia Sancti Girardi, a secundo latere tenet Antonius dicto Pregipczo, a tercia parte tenet Antonius dicto Marrotta limite comoni et siqui alii sunt confines, cum pede unius sileris vel salicis, capacitatis in semine thumbulorum duorum; item pecciam aliam terre que est in contrata Ursulei, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet ecclesia Sancti Girardi, a secundo latere tenet domna Garcobina et a tercia parte tenet Laurentia de Casali Aspero, circumdatam limite comoni et siqua <sic> alii sunt confines, capacitatis in semine // (c. 166v) thumulorum duorum; item pecciam aliam terre laboratoriam sitam et positam in dicta contrata Ursule cuius fines sunt hii: a primo latere tenet ecclesia Sancti Girardi, a secundo latere tenet demanium, circumdatam limite comoni et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum quatuor; item pecciam aliam terre laboratoriam que est in contrata Sancti Viti, cuius fines sunt hii, videlicet: ab uno latere tenet ipsa ecclesia Sancti Viti, a secundo latere limite comuni et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine thumbulorum decem; item pecciam aliam terre laboratorie que est in contrata Banditi, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet ecclesia Sancte Marie de Bandito, a secundo latere tenet abbas Angelus de Madio, a tercia parte tenet domna Garulina limite comoni et alii sunt confines, capacitatis in semine thumbuorum octo, que quidem terra est scripta et posita in presenti inventario duabus vicibus sive // (c. 167r) bis duplicata ex errore et oblivione scribendi et mala advertentia posita; item peciam aliam terre laboratoriam que est in contrata de Cutualdis, ubi dicitur lo Vallone della Tella, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere est predictus vallonus, a secundo latere tenet ecclesia Sancti Laurencii limite

comoni et siqui alii sunt confines, que est capacitatis in semine thumbulorum II; item pecciam aliam terre laboratorie que est in dicta contrata de Cutualdis, cuius fines sunt hii: a prima, secunda et tertia, quarta parte tenet ecclesia Sancti Laurentii limite comoni et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine tumbulorum quatuor et est bona seminandum linum; item peciam aliam terre que est in contrata dello Foy, in qua est lacus una sute palus, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo // (c. 167v) latere tenet condam Girardus Cortesius, a secundo latere tenet iudex Meulus, a tertia et a quarta parte est via publica que est inter Picernum et Potenciam et alii sunt confines, capacitatis in semine tumbulorum duodecim; item peciam aliam terre laboratorie que est in contrata de Mondanellis, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet prenominatus iudex Meulus, a secundo latere tenet Girardus Cortesius et siqui alii sunt fines, capacitatis in semine thumbulorum quatuor; item peciam aliam terre laboratorie que sita et posita est in loco qui dicitur Ile Dragonare, cuius fines sunt hii: a primo latere, secundo latere, tercio et quarto latere tenet prenominatus Girardus Cortesius et siqua <sic> alii sunt confines, capacitatis in semine tumbulorum trium; item peciam aliam terre que est in contrata que fuit condam Maffei Tulluneri, cuius // (c. 168r) fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet ecclesia Sancti Girardi, a secundo latere tenet Girardus Cortesius et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine tumbulorum quinque; item peciam aliam terre laboratorie que est in contrata Gramignatii, cuius fines sunt hii, videlicet: a primo latere tenet ecclesia Sancti Girardi, a secundo latere predictus condam Girardus Cortesius et siqui alii sunt confines, que quidem terra est capacitatis in semine thumbulorum sex; item terram

aliam in serra de Angilla, iuxta terram iudicis Meuli, terram Sancti Laczari et a tercia parte iuxta terram Guillelmi de Ciotta, capacitatis in semine thumulorum sex; item peciam aliam terre laboratorie que est in contrata que dicitur Vallonus della Margena, que est pro indiviso cum ecclesia Trinitatis et abbate Angelo de Madio et Iohanna de Madio, inter quam // (c. 167v) terram sunt fosse tres ad reponendum granum, cuius fines sunt hii, videlicet: primo latere vallonus est predictus, a secundo latere tenet ecclesia Sancti Girardi, a tercia parte est via publica, a quarta parte est vallonus de Tera et siqui alii sunt confines, capacitatis in semine salmarum LXXX, inter quas sunt pro seminando lino salmarum quatuor; item peciam aliam terre sitam et positam in contrata serre de Margina qua pro indiviso cum abbate Angelo de Madio, Iohanna de Madio et ecclesia Sancte Trinitatis, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet heres condam Ricci <sic> de Giacchino, a secundo latere est via publica, capacitatis in semine salmarum octo; item isclam unam que est in contrata Valloni de Rivisco, cuius fines sunt hii, videlicet: ab uno latere est predictus vallonus, a secundo latere est vallonus de Pomarii, a tercio latere sive parte tenet domna Argentia a parte superiori et alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum // (c. 169r) duorum; item peciam aliam terre que est in contrata Fontane Abatie, cuius fines sunt hii, videlicet: à primo latere tenet ecclesia Sancti Angeli de Bosco, a secundo latere tenet ecclesia Sancti Laczari, a tercia parte tenet Iacobus de Viola et alii sunt confines, que est capacitatis in semine thumulorum octo. Et pro confirmationis augumento et statu dicte ecclesie ac omnium prescriptorum inlesione dicte ecclesie bonorum stabilium in presenti inventario

publico notatorum et ascriptorum, in nostrum qui supra iudicis, notarii publici et testium subscriptorum presentia et de speciali conscientia dicti fratris Andree postulati cuius supra prefecti, archipresbiter nostri qui supra et singuli clerici dicte ecclesie superius anotati expresse, comuniter, sine dolo aliquo et ambitione unanimiter reservaverunt et reservant // (c. 169v) ex nunc in antea et a presenti et pro omni futuro tempore voluerunt quam dictis bonis ascriptis stabilibus superius et expressis, uti predestinguntur in inventario ipso non posse nec valeatur, tam ipsi quam quam eorum clerici dicte ecclesie successores pro nullo tempore aliqua vendere nec alienare alicui vel aliquibus nisi in evidenti tantum necessitate oportuna et reparatione ecclesie prelibate, que sit puplica et notoria universis iuxta cannonum sanciones etc. Que quidem bona stabilia uti superius sunt ascripta et annotata sunt comunia inter dictos presbiteros et clericos superius annotatos, in quibus similiter diaconi et subdiaconi habent partem et episcopus similiter suple ipsorum bonorum fructibus habet quantum <sic> prout clerici ipsi asseruerunt pariter coram nobis; et quaquoniam <sic> ex confectione et descriptione prefati inventarii aliquas // (c. 170r) forte posset ambiguitas resultare, nullus non meretur et nec damnetur eumdem quoniam propter nonnullas declarationes et [...] factas clarius super dictis terris et territoriis ac confinibus earumdem que quidem ad presens dirimata esse vendentur non potuit ad presens aliter ipsius inventarii, veritate previa, desceipti <sic> celebrari; et asserunt dicti prenominati clerici, presbiter et prostri quod presens inventarium factum est soleniter et legitime per eos et de mandato electi et postulati episcopi cuius supra ad cauthelam futuram ecclesie prelibate,

pura et bona fide, sine malicia et malignitate aliqua et protestatione premissa per eos et quelibet eorundem quod si continget eos, tractu temporis, plura alia bona dicte ecclesie invenire in civitate predicta et territorio ipsius vel alibi quam continetur et scripta sunt in presenti inventario seu predicta aliter se habere quod possint et eis licitum sit // (c. 170v) in presenti inventario adere, ponere et melius declarare ac predictum inventarium conficere, reformare seu aliud inventarium seu inventaria ad opus ecclesie de novo conficere de eisdem quatinus permittitur et conceditur eis a iure. Insuper protestati fuerunt quod cum sint iuris ignari, si forte in presenti inventario defectus aliquis appareret quod non contingit ex dolo vel culpa, sed ex simplicitate quod ex hoc eis nullum et dicte ecclesie bonis preiudicium gnetur <sic> seu prefatis possessionibus ecclesie memorate, sed possint et valeant si opus eis fuerit omne in eum supplere defectum, ex quoque notabiliter fieri debent nisi specialiter prostentur et denotentur videntur esse neglecta. Quibus quidem sic paratis omnibus coram nobis ad requisitionem et preces clericorum omnium dicte ecclesie predictorum, pro cautela eorum et ecclesie supradicte et omnium // (c. 171r) aliorum clericorum, diaconorum et aliorum quorumcumque presentium et inposterum pro omni futuro tempore futurorum in eadem ecclesia inposterum successorum et succedendorum in ecclesia ipsa notata, quorum exinde interest et poterit interesse, factum est exinde de dictis terris, domibus, ortalibus, vineis, casalenis, redditibus atque censibus et aliis infra contentis et specificis annotatis et scriptis presens publicum inventarium per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, signo et subscriptione mei qui supra iudicis

et subscriptorum testium signis et subscriptionibus  
roboratum, conservandum et custodendum fideliter ad  
opus dicte ecclesie et aliorum in illa omnium futurorum  
publica clericorum.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

*Così S per seriatim*

Si veda doc. n. 107 nota 1

*Così S per venderentur*

*Così S per cessant*

*Così S per? auctoribus*

*Così S per provida*

*Così S per cetera*

*Periodo poco chiaro per via di probabili errori di trascrizione*

*Così S per seriatim*

*Così S per compareat*

*Così S per decimum*

*Così S per decimum*

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

*Così S per distinctum*

*Così S per? decimarii*

*Dubito della lettura*

*Così S per Cortesio*

*Così S per Laurentiana*

*Così S per cum*

*Così S per macla*

*Così S probabilmente per Tito*

*Dubito della lettura*

*Così S per Para*

*Così S per Aprucio*

*Così S per maclam*

*Così S per macla*

*Così S per sive*

24

28

29

Quod scripsi ego idem qui supra Antonius Mordente publicus ut supra notarius qui premissis vocatus et rogatus interfui, ipsumque solito et consueto signo signavi. (SN) (c. 171v) Ego qui supra notarius Ciccus ad contractus iudex Ego Gaspar de Aprucio testis sum Ego Franciscus de Astis testis sum Ego Lacheleutheus de Oppido de Status Ego notarius Thomas Strambus predictis interfui et me subscripsi Ego Nicolaus de Confido testis sum Ego Gaspar de Inganulo testis sum Signum crucis proprie manus Antonii Zappe magistri iurati Potentie testis interfuit idiote scribere nescientis Signum crucis proprie manus Antonii de Vitellis testis idiote qui interfuit scribere nescientis (c. 172r) Signum crucis proprie manus Collecie <sic> de Gatto testis interfuit idiote scribere nescientis Signum crucis proprie manus Angelilli de Quatronnis testis idiote qui interfuit scribere nescientis Signum crucis proprie manus Martholomucii <sic> Gatti testis qui interfuit scribere nescientis Signum crucis proprie manus Zampi de Magnafera testis qui interfuit scribere nescientis Signum crucis proprie manus Cominelli de Yscelsia testis idiote qui interfuit scribere nescientis Signum crucis proprie manus Petrucii de Ansia testis idiote qui interfuit scribere nescientis

30

*Così S per supra*

*Così S per videntur*

*Così S per Quatuor Oculis (da docc. coevi)*



*110. Instrumentum inventarii  
della chiesa di S. Michele*

25

31

32

*Così S per Bartholomeus (da docc. coevi)*  
*Così S per Oppido (da docc. coevi)*